



DE PARTI- CIPIO.

Quid est Participium?

Est Nomen Adiectivum verbale significans tempus.

Quotuplex est Participium?

Quadruplex: Aliud est Verbi Activi, aliud Passivi, aliud Neutrius, aliud Depo-
nentis.

Quot accidunt Participio?

Quatuor: Significatio, Tempus, Ge-
nus & Declinatio, *Quibus addi potest Com-
paratio.*

Quot sunt significationes?

Tres: Activa, Passiva & Neutralis.

Quot sunt Tempora?

Tria: Præsens, Præteritum & Futurum.
Præsens desinit in NS, & fit ab Imperfecto,
mutando bam vel bar in ns. Notetur Iens
quod e assumit.

Præteritum exit in Tus, Sus vel Xus,
& fit à Supino in U, addendo S.

Futu-